

19.7.2012

### **Verres raubt die Diana-Statue von Segesta**

*Die berühmte Diana-Statue, die nach der Eroberung der Stadt durch die Punier nach Karthago (Carthago, inis) gebracht worden war, wurde von P. Scipio Africanus nach seinem Sieg über Karthago wieder in Segesta (Segesta, ae) aufgestellt.*

Illo tempore Segestanis<sup>1</sup> haec ipsa Diana<sup>2</sup> redditur. In suis antiquis sedibus summa cum laetitia civium reponitur. Haec erat posita Segestae excelsa in basi, in qua magnis litteris et P. Africani nomen erat incisum et eum Carthagine capta statuam restituisse erat perscriptum.

Erat excelsum signum cum stola; Diana sinistra manu tenebat arcum, dextra ardenter facem ferebat. Hanc cum iste (= Verres) vidisset, flagrare cupiditate et amentia coepit; imperat magistratibus, ut eam demoliantur et sibi dent; nihil sibi gratius ostendit futurum.

Illi vero dicere sibi id nefas esse, seseque et summa religione et summo metu legum et iudiciorum teneri. Iste tum petere ab illis, tum minari, tum spem, tum metum ostendere. Itaque aliquando multis malis magnoque metu victi Segestani<sup>1</sup> praetoris imperio parendum esse decreverunt.

1. Segestani : Einwohner von Segesta

2. gemeint ist die Statue

115 LW/90 Min.